766 *Carvoran*, arula parva, servabatur apud *Miss Fanny Bacon, of Newbrough.*

DEO VITE
RI NO

Wallis *Northumb.* 2 p. 5 (inde Goughs Camden 3 p. 503; Hodgson 2, 3 p. 140; Bruce lapid. n. 317). Diversa esse videtur a n. 760—765.

---

767 *Carvoran.* Repperit ibi GORDON deditque Baroni *Clerk*, apud quem vidit HORSL. Servatur inde ab a. 1857 Edinburgi in museo, dono Edwardi *Clerk.* Est arula alta dig. 9, lata 5; litteris rudibus.

DIBVS
aper VITIRIBVS *anguis*
DECCIVS
V·S·L·M

Contuli. Gordon it. sept. p. 79 tab. 40 fig. 8; Horsley p. 230 *Northumb.* n. 69 (inde Warburton vallum p. 77, 69; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 28 fig. 12; Hodgson 2, 3 p. 140; C. I. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 243; Wright *the Celt* p. 292); Bruce *wall* p. 238, lapid. n. 311.

1 DIRVS Gord. Horsl., qui ob eam lectionem male interpretatus est. Linea fortuita B litterae infra exesae adhaeret; inde ortus est error lectionis, quem Bruce correxit. Anguem idem agnovit, ubi antiquiores delphinum sibi visi sunt deprehendere, male. Cf. n. 502*a*.

Dibus vitiribus Deccius v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

---

768 *Near Thirlwell castle* WARB. *I could not find the original; I believe Mr. Warburton must have removed it with some other stones, among which, being but small, it was lost* WARB.

VETE
RES

Warburton *map of Northumberland* (inde Horsley p. 231; Goughs Camden 3 p. 502; Bruce lapid. p. 313).

769 Haec inscriptio habetur ad *Chester in the wall*, quod satis magnum oppidum fuisse ex ruinis apparet, et firmum Romanorum militum contra barbaros praesidium facile iudicarim. Vulgo vocatur *Busiegapp;* est autem locus infestus excursionicus et frequentioribus latrociniis expositus ad praedandum BAINBR. (*from Chester on the wall* HAYTON). Similiter CAMD. (*Chester,* ad murum vulgo *Busiegapp* GRUT.; in ed. II additur 'eruta a. 1503 [l. 1603] circa vallum Severi'). Per Cottonem delata est ad *Connington*, ubi vidit HORSL., indeque Cantabrigiam in collegium Trinitatis, ubi extat. Est ara alta ped. 3 dig. 4, lata ped. 1 dig. 4½. Vindolanae tribuit HORSL., Magnis rectius HODGS. Exemplum novicium extat in *Appleby* cum reliquis Bainbriggii antiquitatibus (HAYTON).

. . . . . .
. . . . . .
PRO SALVTE
DESIDIENI · AE
LIANI · PRÆF
ET SVAS≡
5 POSVIT VOT
O·SOLVIT LBE
NS TVS© ET BAS
SO CC p. c. 258

Contuli in loco obscuro semitectam protoma novicia, quae ante titulum collocata est. R. Bainbrigg in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 312 (Hayton n. 13); Camden ed. VI (1607) p. 659 (Grut. 1179, 1 'a Cottone', cuius praeterea exemplum autographum, ut puto, sed malum, legitur in cod. Cotton Iulius F. VI f. 311*); Horsley p. 226 *Northumb.* 54 (inde Warburton vallum p. 67, 54; Goughs Camden 3 p. 504 tab. 29 fig. 8; Hodgson 2, 3 p. 137; Newton p. 109, 27); Bruce in schedis, lapid. n. 295.

1 Nomen dei alicuius deesse certum est; vestigia eius Britannorum nemo enotavit. Mihi talia apparebant ≡ I C ////// I////; sed incerta sunt. De I·O·M cogitavit Bruce. Possunt autem deesse versus duo. 3 PRET Bainbr., PRÆ Camd. (PRAEF Grut.), PRAE Cott., PRAE Hodgs. 4 ET SVA SVOR· Bainbr., ET SVA·S· Camd. (ET·SVA·SVOR· Grut.), ET SVASV Cott., ET SVAS· Horsl. Mihi post S non punctum, sed pars litterae apparebat, quam aut I aut V aut O esse potuisse iudicabam. Unde *et sua suor(um)* coniecturam esse malam primi descriptoris, quam reliqui secuti essent caece, credidi. Nomen enim eius qui posuit omnino deesse vix credibile est. *Et sua s(acrum)*, quod proposuit Horsleius, vix probaverim. 5 POSVIT·VOT· omnes praeter Cottonem, qui VOIT habet; mihi quoque OT litterae in lapide esse visae sunt, quamvis evanidae. 6 I parvam inter V et T, quam habent omnes, incertam esse adnotavi; unde cogitabam de *voto solut(us)*; sed orationem inconcinnam casumque falsum (*posuit, voto* pro *votum, solvit*), utpote oriunda ex duarum structurarum confusione, putabam condonandum esse scriptori eius aevi provinciali.

. . . . . *pro salute Desidieni Aeliani praef(ecti) [T]et(tius) Suasor? posuit, voto solvit libens. Tusco et Basso co(n)[sulibus)]*

---

770 *This altar was found near the wall in the most westerly part of Northumberland, and was several years at Haltwhistle. It is now in Dr. Stukeley's garden at Grantham* HORSL. Unde Magnis tribuit HODGS.; potest autem etiam ad Amboglannam pertinuisse omninoque originis incertae est.

DEO
. . . . .

Horsley p. 234 *Northumb.* n. 79*a* (inde Warburton vallum p. 80, 79*a* Hodgson 2, 3 p. 141) qui delineatam accepit a Stukeleio. Reliqua periisse recte observat Horsleius. Diversa certe est ab n. 648.

---

771 *From Corbridge* WARB. *This I found lying in the court (of Walton near Carvoran) before the house; it is an altar* HORSL.

patera . . . *praeferi-*
. . . *culum*
. . .
SLLM

Warburton *map of Northumberland*; Horsley p. 230 *Northumb.* n. 66 (inde Warburton vallum p. 76, 66; Goughs Camden 3 p. 503) qui addit p. 246 hanc esse sine dubio aram a Warburtone male Corstopiti collocatam. Cf. supra n. 471.

. . . . *v(otum)] s(olvit) l(ibens) l(aetus) m(erito)*

---

772 *Near Thirlwell castle*, in basi arae WARB. Frustra quaesivit HORSL.

D M

Warburton *map of Northumberland* (inde Horsley p. 231; Goughs Camden 3 p. 502).

Fragmentum vix videtur sepulcrale esse, propter formam.

773 *Burdosvald* SMITH errore. *Carvoran*, ubi servatur BRUCE. Pars inferior basis quadratae.

. . . . . .
sub calpur
*ni*O AGRI
COLA COS
LICINIVSCE
5 MENS PP

C. R. Smith *gent. mag.* 23, 1845 p. 295 et *archaeol. journ.* 1, 1846 p. 392 ex epistula Ric. *Weddell of Berwick-upon-Tweed;* Bruce *wall* p. 21, lapid. n. 327.

3 CO . . . A COS. 4. 5 LICINIVSC . . | . . . SPI . . Smith. In fine v. 4 videtur fuisse CLE.

A. Licinius Clemens praefectus coh. I Hamiorum nominatur supra in titulo n. 758. Cf. n. 225. 758. 774.

. . . . . *sub Calpurni]o Agricola co(n)s(ulari) Licinius C[l]emens pr[aef(ectus)]* . . . .

774 *Carvoran;* servatur in *Newcastle* in museo, dono Col. Coulson. Fragmentum est longum ped. 1, altum dig. 9.

IVSAGRII
IAMIORV

Contuli. I. Hodgson 2, 3 p. 205 (cf. p. 139) cui dedit descriptam Thom. Hodgson; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 250, *catal.* p. 30, 101, *wall* p. 244, lapid. n. 328.

Quanquam elementa in fine versus primi non satis certa sunt, tamen fortasse [*Calpurn*]*ius Agri*[*cola consularis*] itemque *cohors I* [*H*]*amioru*[*m*] memorantur. Cf. n. 758. 773.